et praesentibus inscribit. Dans et concedens eisdem Tutoribus et curatoribus liberorum suorum plenariam facultatem, absolutamque potestatem praefatum Generosum Iwannem filium suum, ad debitam eius iuxta dispositionem eam super re statutorum Regni aetatem: recensitas vero Generosas Mariannam, Zophiam, Annam et Helisabetham filias suas, ad elocationem ipsarum in matrimonium, seu religiosae (si ita divina cuipiam illarum suaserit vocatio) vitae professionem; aliamque similiter si posterorum divina gratia cum praefata Generosa coniuge sua procreandam Sobolem, ad ultimam, pro utriusque sexus ratione aetatem et statum, alendi, fovendi, educandi, moribus ac artibus honestis prout sexus exigentia instituendi: filiorum adolescentiam ad sui Tutorum arbitrium, et rectae rationis normam dirigendi: filias in matrimoniali aut spirituali religiosaeque vitae statu, prout vocatione collocandi, et iuxta bonorum, et aliarum filiarum numeri proportionem exdotandi, omniaque generaliter bona sua, morte sui recognoscentis derelinquenda, pro munere Tutoriali de iure Officii, et eorundem Tutorum praesentibus inscriptorum, sibi recognoscenti superstiti ad sui praefata spectantiaque integritate administrandi. Eandem tamen Tutoriam cassandi emendandique salvo ac pleno iure, hacce parte regnandi, ad vitae sua tempora reservato.

Actum

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta ante Festum Sancti Iacobi Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quarto. 1634 21/VII

Ramult consorti de inscriptione obligatoria cedit.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Petrus Ramult, sanus mente et corpore existens; a Terris, districtibus, iuribus iurisditionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo; huic autem Castrensi Capitaneali Praemisliensi Officii iurisditioni se cum successoribus ac bonis suis quatenus citra quoad actum praesentem, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo; palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo, videlicet de inscriptione Castrensi Sanocensi obligatoria sibi recognoscenti per Generosum Remigianum Zyrawski fratrem ipsius in Villa Hordnczkowo haeredem super summam Trecentorum Florenorum pecuniae Polonicae facta et recognita, et in bonis suis haereditariis videlicet medietate Poponaty ipsi divisione cessa; nec non duobus Kmethonibus videlicet Laboriosi Andrey Krayniczak, et Sienko Krayniczak in medio laneo agri residentibus, et Olexa Podeszwarczak in agro integro residenti; in Villa Hor:

Noczkov Districtus Sandecensis consistens cum omni iure dominio, et
proprietate, omnibusque dictorum bonorum Utilitatibus, attinentiis et
pertinentiis quibusvis Universis modo obligatorio assecurata; Inscri-
ptione eadem Castrensi Sandecensi obligatoria, (prout ipsa sonat in tenore
latius eloquente) nec non de summa praefata trecentorum flo-
renorum per Polonicos, ac bonis suprascriptis, summa eadem ac iisdem
praefata obligatis et oneratis, paratisque bonorum praefatorum intromis-
sione, possessione, per se hactenus pacifice continuata; cum omni
praemissorum iure, dominio et proprietate, cunctisque omnibus et singulis
Inscriptionis praefatae obligatoriae conditionibus, punctis, clausu-
lis, articulis, vadiis, ligamentis, ac nexibus quibusvis Universis, sum-
mae et bonorum praefatorum obligatorum Utilitatibus, fructibus, proventi-
bus, redditibus, emolumentis, obventionibus, attinentiis et pertinentiis
quibusvis Universis; nihil iuris, dominii, proprietatis et praerogativae compe-
tentiaeque, ac quorumlibet Usufructuum et Utilitatum, ex praemissis eidem
per se vel suis successoribus, aut alio quopiam reservando seu
excipiendo, verum prout praemissa omnia eandem recognoscentem concer-
nebant, ac eodem modo praemisso serviebant. Iam ex nunc et de
facto Generosae Beatae de Dembiany Consorti suae legitimae eiusque
legitimis successoribus, accepta ab ipsa pro praemissis omnibus plenaria
et sufficienti satisfactione; cessit et condescendit, prout praesentibus
cedit et condescendit perpetuo: totumque et integrum ius suum praemis-
sorum omnium in personam eiusdem Generosae Beatae de Dembiany Con-
sortis et Cessionariae suae ac ipsius successorum, totaliter et ple-
narie transfudit transtulit et incorporavit, prout transfundit,

transfert

transfert et incorporat per praesentes. Et iam ex nunc is idem recognoscens
Generosus Petrus Ramult eidem Generosae Beatae de Dembiany Con-
sorti et Cessionariae suae, atque illius successoribus, in hoc idem
ius cessum, summam et bona praemissaque omnia praetitulata abscessa coram
Officio praesenti dat et admittit realem intromissionem, et actualem
pacificamque praemissorum omnium possessionem, per Ministerialem quemcunque
et Nobiles duos, ipsi iam ex nunc ab Officio praesenti additos, die
quacunque voluerit officiose accipiendam. Per ipsam Generosam
Consortem et Cessionariam suam et eius successores hoc idem
ius cessum praemissorum, cum Universis beneficiis et praerogativis,
summam et bona praetitulata abscessa cum suis Utilitatibus et emo-
lumentis tenendum habendum, possidendum, pacificeque et quiete utifruendum
cum plenaria facultate summam eandem tollendi levandi per-
cipiendi, de levata et percepta quietandi praemissaque omnia tanquam
sua propria in suos et suorum successorum beneplacitum quoscunque u-
sus, libere et effectualiter convertendi, vigore inscriptionis praefatae
ac iuris originalis ad praemissa sibi servientis, praesentique cessi et
transfusi. Debetque et tenebitur memoratus recognoscens Generosus Pe-
trus Ramult, prout se ac suos successores, in et super bonis suis
quibusvis omnibus ac summis pecuniarum quibusque habitis et habendis, me-
moratae Generosae Beatae de Dembiany Consorti et Cessionariae
suae, illiusque successoribus inscribit et obligat, ipsam et eius succes-
sores in eodem iure cesso, summa et bonis per praesentes abscessis
et ratione eorundem ab omni et quavis impetitione iu-
ridica, quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis, status ac sexus

existentium, ex re praefata et occasione sui suorumque successorum tan-
tummodo et non ultra evincenda, in omni Iudicio et Officio Re-
gni toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, interce-
dere ac eliberare, indemnemque et indemnes reddere. Nec non
hoc idem ius cessum, summam et bona, praemissaque omnia praetitulo
abscessa, tam in toto quam in parte, ab aliis in genere iuribus
et inscriptionibus prioribus et posterioribus, in eisdem iure cesso,
summa et bonis praefatis abscessis, per se recognoscentem quomodo
factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus, in eadem
bona praemissaque omnia praefata abscessa, ex occasione sua importatis et
importandis, lucris damnisque et poenis, processibusque iuris quibuslibet
in quovisque puncto et gradu iuris dependentibus, in quovis
Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, in eodem
iure cesso, summa et bonis praefatis abscessis, ex occasione
sua suorumque successorum tantummodo et non ultra productis et
producendis emundare et eliberare, mundaque et libera semper
facere, ac etiam intromissionem praefatam, coram Officio praedicto admissam
in fundo bonorum praedictorum dicti per Ministerialem et Nobiles offici-
osi requiretur, non denegare; imo tenebitur eandem liberam et
effectualem dare et admittere, dataque et admissa eadem posses-
sionem et usumfructum praemissorum quovis modo, tam per se quam
per suos quosvis submissos et subordinatos personas non
adimere nec impedire: ipsamque Cessionariam suam et eius
successores, in eodem iure cesso, summa et bonis, praemissisque om-
nibus praefatis abscessis, tam in toto, quam in quavis minima

parte

parte non iniuriari: ita ut hoc idem ius cessum praemissorum omnium
eadem Cessionaria sua, suis cum p̄nis, quiete et pacifice vigore
inscriptionis praesentis cessionariae tenere et possidere queat, temporibus
perpetuis. Idque sub vadio Trecentorum pecuniae Polonicalis florenorum,
per eundem recognoscentem Generosum Petrum Ramult, aut eius
successores praedictae Generosae Beatae de Dembiany Consorti et cessi-
onariae suae, aut eius successoribus, ob non completionem praemis-
sorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties
opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio
modo praemisso succumbendo, ac parte aliqua praedicta ex praemissis
non completa, complendisque praemissis, Citatus ex adverso memo-
ratus recognoscens Generosus Petrus Ramult sive eius successores,
ad instantiam supranominatae Generosae Beatae de Dembiany Con-
sortis et Cessionariae suae, aut illius successorum, ad Officium
Castrense Capitaneale Sanocense, exnunc recessu supposito, a quo-
vis alio Foro sibi pro tunc proprio recedendo; praefatum vero Castrensis
Capitanealis Sanocensis forum Officii, pro legitimo, et quoad eo in passu,
respondendum, indeclinabili agnoscendo; semper in primo Citati-
onis termino, tamquam peremptorio stare, iuri parere, respondere,
vadiumque praetactum luere, et nihilominus praedictae inscriptioni satisfa-
cere debebit, aliisque tenebitur, seseque ac suos successores ad eadem
omnia obligat et adstringit: eundem Terminum primum peremptorium,
et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper
peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum,
legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta,

ad Evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo; ad quicunque ultra primos praefati Castrensis Capitanealis nocensis Officii terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque instantias, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo; ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, processum verum, bello conventionesque non aliis quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti finali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Guziakowie coniuges Advocato de Zasanie et Helisabethi coniugibus vendunt.

Comparentes personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Honesti Ioannes Guziak et Catharina, de Zasanie, coniuges: a foro, iure, iurisdictioneque sua quavis propria et competenti recedendo: praefatique iuri Castrensi Capitaneali Premisliensis Officii iurisdicendo, sese cum successoribus ac bonis suis quibuslibet omnibus, quoad actum praesentem attinet, totaliter et plenarie subdendo atque subiiciendo, palam, libere, publiceque et expresse, ambo in solidum et unanimiter recognoverunt. Quia ipsi Quartam unam agri suam hereditariam, in qua ad praesens residebat, nec non domum, aream, cum omnibus attinentiis, pratis, campis, pascuis, hortis, ad eandem quartam agri spectantibus, cum toto praemissorum omni iure, dominio et proprietate, titulisque haeredit., aliisque adeo omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus, emolumentis, attinentiis et pertinentiis

gratis

gratis universis, nullis penitus exceptis, nec quod se aut suis successoribus aliena quopiam reservandis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, prout praefata omnia ipsimet recognoscentes tenuere, habere, et hucusque pacifice possidebant, illisque concernebant ac eisdem serviebant. Iam ex nunc Honesto Laurentio Advocato de Zasanie et Helisabethi coniugibus, ipsorumque posteris pro summa viginti marcarum pecuniae Polonicalis, quas se recognoscentes iam ab eisdem levata, de qua ipsos hisce etiam praesentibus quietant, perpetuo vendiderunt, inscripserunt et resignaverunt, quae ut vendunt, resignant, et modo venditorio inscribunt temporibus duraturis. Iamque ex nunc iidem recognoscentes Ioannes et Catharina de Zasanie coniuges, eisdem Laurentio Advocato de eadem Zasanie et Helisabethi coniugibus eorumque posteris, in eadem bona quae se praesentibus vendita, dant et admittunt, realem cum omni iuris intromissionem, et actualem pacificamque possessionem in eiusdem praesentis facie officii. Per eosdem Laurentium Advocatum et Helisabetham coniuges eorumque successores eadem bona praesentibus vendita tenenda, habenda, possidenda, illisque pacifice et quiete utifruendi, ac ad sui quosvis beneplacitos usus libere et effectualiter convertenda perpetuo et in aevum. Debentque et tenebuntur iidem recognoscentes Ioannes Guziak et Catharina coniuges, prout se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis obligant et obligant praesentibus, eosdem Laurentium de Zasanie Advocatum et Helisabetham coniuges eorumque successores in eisdem bonis venditis et occasione eorundem, ab omnibus impedimentis et oneribus quibusvis